

# M N O S E V B I C H A E L A P A F I

DEI Gratiâ Princeps Transylvaniae, partium regni Hungariae Dominus & Siculorum COMES &c.

Memoriae commendamus tenore presentium significantes quibus expedite universis. Quod nos cum ad nomullorum fidelium Dominorum Consiliariorum nostrorum singularem nobis propterea factam intercessionem, tum vero condigno moti pietatis et benignitatis candore et affectu Paternoz lumine et zelo intuentes et respectantes fidelitatis, fideliumq; servitorum merita, fidelium nostrorum Andreæ Balyik Judicis Primarii, Danielis Szabo, Ioannis Hodosi juratorum Iudicium. Stephanum item Fényes jurati Notarii, in suis ipsis, nec non nominibus et in personis totius Senatus ac Universitatis Civium et inhabitatorum oppidi Debreczen humilimam requisitionem et instantiam demisse nobis exponentium; Negotiatores quamvis tam currubus merces suas vehere, quam etiam pecora et pecudes venales, occasione Nundinarum hebdomadali- um in Civitate eorum vendere aut emere soliti, verbo, cuiuscunq; speciei quæstus exerceentes, tam stagnis eorum; quæ ob defectum fluviorum novissi aggeribus satis magno labore erectis ad futuros usus per eos reservantur libere su- antur, quam etiam extrictas in plateis ipsis humanæ industriae vias corrumpant, nihil tamen post tot eorum su- dores ab illis emolumenti ad ipsos redundaret; Cum itaq; perspectum apud omnes sit, quantas gentis Ottomanicæ juri- sis, predicta Civitas nostra Debreceniensis expensas facere cogatur, nec ignoremus toties fate' Civitatis nostræ Debreczen Incolas fermè omnes, negotiacionibus vitam sustentantes in Civitatibus tam dictiori nostræ subjectis, quam alii- orum parentibus imperio certam iis apud quos negotiani solent præstare pensionem, ut inter tot tantasq; angustias ali- quod ex munificentia nostra Primiupali, ipni quoq; sortiri queant lemimen, benignè amuimus et concedimus, ut omnes quæstuarii negotiatores, cuiuscunq; generis aut speciei mercimonis ac rebus venalibus semet exerceentes, in Civitate eorum singuli curius pro telonio nundinali tres nummos solvere teneantur; Venditores similiter et Amptores peco- rum ac peccundum tantundem pendere debeant, quantum in Civitatibus ultra Tybiscum sitis exigunt solitus est, tres minirum nummos. Libertatem concedentes eidem prescriptis fidelibus nostris Debreceniem, ut Telonum hoc nundinale, ad usum Civitatis eorum modo præmiso exigere, inq; commodum commune et publicum libere et perpetuo recipere et con- vertere possint et valeant: prout clementer amuimus, sic etiam tam per nos ipsos, quam per successores nostros, observare, facereq; observari à modo imsterum successivis scipper temporibus optamus et jubemus firmiter, harum nostrarum vi- gore et testimonio literarum mediante. Datum in Caszo nostro Radnoth. Die decima Septima Mensis Augusti.

Anno Domini Millesimo Sercentesimo Sexagesimo Octavo.

